Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-836294-p0001-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-836294-p0002-4

1775,1
4

POSITIONES IVRIS SELECTAE

QVAS

EX CONSENSV

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS

PRO

GRADV DOCTORIS

RITE ET LEGITIME OBTINENDO

IN AVDITORIO SOLEMNI

AD D. II. MAII CIↃIↃCCLXXV.

SINE PRAESIDE

DEFENDET

IOANNES IOACHIMVS

BOLTEN

HAMBVRGENSIS

GISSAE

APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN ACAD. TYPOGR.

KOEN. FRIED. UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-836294-p0003-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-836294-p0004-6

I.

Imperatori ius confirmandi *electiones* & admittendi *poſtulationes* Epiſcoporum Germaniae *Euangelicorum* non competit; quoniam Imperatoris iura alia non ſunt in *Praelatorum Euangelicorum*, quam in *Catholicorum*, electione.

II.

Pontifici ius confirmandi *electiones* & admittendi

poſtulationes Archi-Epiſcoporum & Epiſcoporum Germaniae *Catholicorum* fruſtra in dubium vocatur.

III.

Sanctio I. P. O. art. VII. §. 3. *Sed praeter religiones ſupra nominatas, nulla alia in ſacro imperio Romano recipiatur vel toleretur*, tam ad vniuerſum imperium, quam ad ſingula ſtatuum territoria pertinere videtur.

IV.

Monachus, ad Sacra Euangelicorum tranſiens, iuris ſuccedendi iterum capax redditur; ideoque hereditas ipſi poſt mutatam religionem delata monaſterio non adquiritur.

V.

Dominis *Capitularibus Euangelicis Oſnabrugenſibus* libertas matrimonii immerito negatur.

VI.

VI.

Quamuis filius allodium non poſſit absque feudo repudiare, ſed vtrumque vel omittere, vel adquirere debeat; attamen *nepos* repudiata *patris praemortui* hereditate, *auo* in feudo ſuccedens, *aere alieno patris* non obſtringitur.

VII.

Querela inofficioſae donationis ad ſimilitudinem *inofficioſi teſtamenti* introducta dicitur in l. 9. C. *de inoff. donat.* Id vero intelligendum non eſt de querela inofficioſi teſtamenti, quae data olim fuit filio *exheredato*, ſed de ea, qua olim filius in *minima portione inſtitutus* egit. Itaque donatione immodica in *reliquos liberos* collata, querela laeſo tantum datur ad *ſupplementum*; ſed in *extraneos* collata immodica do-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-836294-p0007-3

natio *in totum* reſcinditur. Et hoc eſt, quod eleganter ait, ſi recte intelligatur, l. 1. C. cit. tit. Solus fere *Ianus* a *Coſta* hic ſapit in Commentar. ad Decretal. p. 533.

VIII.

Verba L. 7. §. 15. D. ad SC. *Maced.* ---- *Si pater familias factus ſoluerit partem debiti ceſſabit Senatusconſultum, nec ſolutum repetere poteſt* ---- ita explicanda ſunt, vt neque actioni ob reſiduam debiti partem inſtitutae Senatusconſulti exceptio opponi, neque pars ſoluta condictione indebiti repeti, queat.

IX.

Hypotheca, quae tempore prior eſt, vincit poſteriorem, etiam in bonis, poſt vtramque iam conſtitutam, adquiſitis; & verior omnino eorum videtur ſen-

ſententia, qui L. 28. D. de *iure fiſci* ita explicant, vt fiſcus in illo caſu *prior* tempore fuerit creditor. vid. praecipue ANTON. MERENDA in *Controuerſ. iur.* lib. VI. c. 37.

X.

L. 23. C. de S. S. *eccleſ.* ad ſolum *Orientem* pertinuit, & cum *ius centenariae praeſcriptionis ciuitatibus Occidentis* nulla lege datum reperiatur, fruſtra quaeritur, vtrum per Nou. CXI. & CXXXI. c. 6. in *Occidente* iterum ſublatum ſit? Dicendum potius eſt, ius centenariae praeſcriptionis ciuitatibus *Occidentis* nunquam competiiſſe.

XI.

Cum per art. CXXI. C. C. C. *bigamiae* poena eadem ſit, quae *adulterii*, ſequitur, vt, poena *adulterii* per legem prouincialem moderata, poena etiam *bigamiae* tacite temperata cenſeri debeat.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-836294-p0009-7

XII.

In delictis, quorum poena neque vitam adimit, neque corpus affligit, citra nullitatem proceſſus defenſio denegari poteſt; modo iudex ex officio ea ſuppleat, quae reum forte excuſant.

56.

ULB Halle 3
005 120 055

TA-306

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-836294-p0011-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-836294-p0012-0

POSITIONES IVRIS SELECTAE

QVAS

EX CONSENSV

ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS

PRO

GRADV DOCTORIS

RITE ET LEGITIME OBTINENDO

IN AVDITORIO SOLEMNI

AD D. II. MAII CIↃIↃCCLXXV.

SINE PRAESIDE

DEFENDET

IOANNES IOACHIMVS BOLTEN

HAMBVRGENSIS

GISSAE

APVD IOANNEM IACOBVM BRAVN ACAD. TYPOGR.

KOENIGL. UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-836294-p0013-6